

Tertio per productionem aliarum specierum : *Quarto* per meliorationem intensiā ordinis partium ad inuicem : *Quinto* per meliorationem etiam extensiā : quando verò dicit D. Thom. Deum non posse facere aliam terram numero distinctam ab ista , intelligendus est , ex mente Capreoli , loqui de potentia ordinaria , non vero

absoluta : id est manente ordine rebus indito , nō potest nunc produci terra eiusdem speciei cum ista : ratio est , quia illa moueretur ad locum in quo est ista , quod est inconueniens : aut dicas Deum posse facere aliū mundū , in quo esset terra eiusdem speciei cum ista ; atramen non feretur in locū istius terra , sed in simile sibi propriū.

DISPUTATIO OCTAVA.

DE COELIS.

Aperitur Disputationis stans.

Sea quæ sunt in terris magno cū labore inueniantur , quan-
to maiori , ea quæ sunt in cœ-
lis investigabuntur : quare
non intendimus hic plurimum
immorari , varia quæ circa
cœlos inquirenti solent examina-
re ; esset enim Physicos egredi limites , & ad
Astrologiam conuolare ; illorum enim noti-
tiam sibi vendicat peculiaris disciplina . Con-
tentii ergo his erimus .

Primum erit , an materia cœlorū , eorumq;
accidentia sint diuersæ specie à sublunaribus ?

Secundum de forma cœlorum , an sit anima-
ta , vel non : & an ab ea moueantur cœli ?

Tertium de numero cœlorum .

Quartum de reliquis cœlo , & astra concer-
nentibus . De hac materia per plures libros di-
scurrente solent Philosophi explanantes libros de
cœlis .

S V M M A
Dicendorum in hac disputatio-
ne octaua .

NUMERO primo . Cœli constant ma-
teria & forma . Num. 2. rationes in
contrarium afferuntur , & solvuntur .
Num. 3. an materia cœli & subluna-
ris sint eiusdem species : rationes pro-
curas , parte afferuntur & solvuntur : Num. 4. de-
terminatur quod accidentia cœlorum & subluna-
rium sint eiusdem species : Num. 5. Sexdecim ra-
tionibus insinuantur animato cœlorum . Num. 6.
duodecim rationes , quod cœli non sint animati . Nu-
m. 7. solvuntur rationes intendenties probare anima-
tionem cœlorum . Num. 8. solvuntur rationes im-
pugnantes inanimationem cœlorum . Num. 9. con-
cluduntur cœli non esse animatos . Num. 10. conclu-
ditur , quod licet cœli non moueantur à propria for-
ma , attamen nulla deinde ratio efficax ad hoc proban-
dum . Num. 11. rationes quod cœli moueantur à pro-
pria forma afferuntur & solvuntur . Num. 12. an suffi-
ciat unus Angelus promotione cœlorum . Num. 13.
per quamnam potentiam Angelus moueant cœlos ?
Num. 14. concluduntur quod cœlorum numerus sit
nobis incognitus . Numero 15. facile defenduntur
dari unum solum calum mobile . Num. 16. quo-
modo cœli distinguantur inter se ? Num. 17. quomo-

do cœli sint perfectiores visuētib; Nām. 18. cœli
sunt incorruptib; Nām. 19. sunt figure fibri-
ce . Nām. 20. quoniam accidentia infiniti cœli ? Nām.
21. an cœli sunt in hac inferiori ? Nām. 22. an albra
& planeta sunt diversæ nature ? Nām. 23. à quoniam
habeant astra , & planetæ suum lumen ? Nām. 24.
cur luna vocetur luminare , & in quoniam suu fre-
re creati ?

Partitio I.

An materia cœlorum , eorumq; acciden-
tia sint diuersæ specie à subluna-
ribus .

ANequanto descendamus ad punctum diffi-
cultatis , supponimus contra Aueroem , &
Durandum , corpora celestia verè esse composi-
ta ex materia & forma : quod his suadetur ratio.
nibus .

Prima est : vel constant materia , vel for-
mā , vel aliquo tertio ex utraque resultante : non
materia simpliciter , quia materia non potest so-
la existere : non solum formā , quia forma Physica
non recipitur nisi in materia ; ergo constant ali-
quo tertio ex illis resultante ; & per consequens
cœli sunt composti ex materia & forma .

Secunda ratio : quod mouerit & mouet ha-
bet materiam , sed cœli mouent & mouentur , et
go habent materiam : mouent quidem , quate-
ris agunt in hac inferiori ; quod enim agit mou-
er ; mouentur verò motu circulari , ut com-
muniter fatentur Philosophi .

Tertia : quod habet proprietates , & acci-
dentialia materiæ , habet materiam , sed cœli habent
accidentia materialia , ergo habent materiam :
maior patet , quia ex proprietatibus deuenimus
ad notitiam substantiae : minor verò probat in-
ductione : quantitas , densitas , raritas &c. Sunt
affectiones seu proprietates materiæ , sed cœli
habent quantitatem , densitatem , &c. ergo si-
gnum est inesse materiam cœli .

Rationes pro Auero , & Durando ha-
sse possunt .

Prima : quod habet materiam illud est cor-
ruptibile , sed cœli sunt incorruptibiles : maior
patet : minor prob ex eo quod materia habeat
indifferentiam ad formas , & quando est sub una
forma appetat aliam ; qua de causa , materia dici-
tur esse subiectum corruptionis .

Nām. 1.
Cœli constant
materia &
forma .

Prob. primis .

Secunda .

Rationes in
contrarium
afferuntur
& solvuntur .
Prima .

Rationes in
contrarium
afferuntur
& solvuntur .
Secunda .